phaam filiū nun dauid pollonem - debuit pū;
Quam si aliquis ex hoc uxorem acceperit
consanguinee patris sui reuelauit turpitudinem
de una hereditate munus accipient. Septimo
anno remissionis adueniente. qui
dant sortem distribuendam. Aliqui pro filiabus
ad aliquod, Ipse mons ceciderit fluuius uel
pietate arcet, Nec ex tribu filiorum israel
tale habeat, Sed qui de tribu in tribum,
mariti de eadem tribu accipient. ut hereditas
ad primam redeat familiam. nec
by. si uel uenundare uoluerit alicui filio;
Decimo quinto filiae salphaad ut sibi fiant
patruis. Hae sunt plagae quas percussit
in aegypto in deserto. et egressi
de mesopotamia moab. filii israel ut
in campestribus moab. iuxta iordanem contra
iericho. Hic incipit liber
Hic sunt uerba
quae locutus est moyses ad omnem
israel trans iordanem in solitudine
campestri contra mare rubrum
inter pharan et tophel. et laban
et haseroth. ubi est auri pla
mum. xi. diebus. de oreb per uiam montis seir
usque ad cadesbarne. Quadragesimo anno
xi. mensis. prima die mensis locutus est moyses
ad filios israel. omnia quae praecepit illi dominus
dicere eis. Postquam percussit sehon regem
amorreorum. qui habitauit in esebon. et og
regem basan. qui manserat in astaroth. et in
edrai. transiordanem in terra moab. coepit
moyses explanare legem et dicere. Dominus
deus noster locutus est ad nos in oreb dicens. Sufficit
uobis quod in monte manseritis. Uertimini
et uenite ad montem amorreorum
et ad cuncta quae ei proxima sunt campestria.
montana et humilia loca et me
ridiem. et iuxta litus maris chanaa
nei et libani. usque ad fluuium magnum
euphraten. Ingredimini et possidete eam. sicut
iuravi patribus uestris abraham. isaac et iacob.
uobis daturum esse et semini eorum post
eos. Locutusque uobis illo in tempore. Non possum
solus sustinere uos. quia dominus deus uester
pluralem uos. et ecce hodie sicut stellae
caeli plurimi. dominus deus patrum uestrorum addat ad
hunc numerum mille uicibus. et benedicat uobis

sicut locutus est. Non sufficio ego solus negotiis uestris
et pondus. et iurgia. Date ex uobis uiros sa
pientes et gnaros et quorum uita probata et tri
buum uestrarum ponam eos uobis principes. Tunc re
spondistis mihi, bona res est quam uis facere, Tulique de
tribubus uestris uiros sapientes et nobiles. et constitui eos principes, tribunos et centuriones. et qui
quinquagenarios ac decanos. qui docerent uos sin
gula. precipique eis dicens, Audite illos et quod iu
stum est iudicate; siue ciuis siue aduena. siue peregri
nus. nulla erit distinctio personarum; sed parum au
dietis ac magnum in accipietis cuiuscumque per
sonam. quia iudicium dei est. Et si difficile uobis uisum fuerit
aliquid. referte ad me. et ego audiam. precepique
eis quae facere deberent. Profectique de oreb ambu
lauimus per heremum terribilem et maximam quam uidi
stis per uiam montis amorrei. sicut praecepit dominus
nobis. Uenimusque cadesbarne et dixit nobis
uenistis ad montem amorrei quem dominus
deus noster dabit nobis. Uide terram quam dedit dominus
ut dabit et. Ascende et posside eam sicut locutus
est dominus deus patrum tuorum. nolite timere et quic
quam pauere. Et accessistis ad me omnes et dixistis
eis. Mittamus uiros qui considerent terram et renun
cient per quos ingredi debeamus et ad quas per
gere ciuitates. Placuitque mihi
sermo uester. Tuli ergo duodecim uiros de tribus
singulis; Qui cum perrexissent et ascendissent montana
uenissentque usque ad uallem botri et considerata
terra. sumentes de fructibus eius detulerunt ad nos
Bonam esse terram quam dominus deus noster dabit nobis.
Et noluistis ascendere. sed exacerbastis ad sermonem
eius. et murmurastis in tabernaculis
uestris atque dixistis; Odio nos habet dominus. et ideo ex
duxit nos de terra egypti ut tradat nos in
manus amorrei. atque delere. Quo ascendemus
nos; fratres nostri perterruerunt cor nostrum dicentes gens
magna et procerior nobis. urbes
magnae et ad caelum usque munitae. filios enac
ibi uidimus. dixi uobis. Nolite timere
nec timueritis eos; dominus deus qui ductor est iti
neris uobis ipse pugnabit pro uobis sicut fecit in egypto
coram uobis uidentibus. et solitudine ipsi uidi
stis; portauit te dominus deus tuus sicut portare
puer solet filium suum. per omnem uiam
qua ambulauistis donec uenirentur ad locum istum. Et nec
sic quidem credidistis domino deo uestro. qui pre
cessit uos in uia. et metatus est locum in quo ten
deretis. nocte ostendens uobis
per ignem. et die per columnam nubis. Cumque
audisset dominus uocem sermonum uestrorum iratus iu
rauit et ait. Non uidebit quispiam de hominibus generis huius pessimi terram bonam. quam
sub iuramento pollicitus sum patribus uestris pre
ter caleb filium iephone; ipse enim uidebit